

EKSAMEN I LAT1401 Caesar HØST 2012

Oppgaven består av 1 side.

Fredag 28. september (4 timer) **Uten ordbok**

Alle spørsmål skal besvares

1. Oversett fra De Bello Gallico I 2:

Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetorix. Is, M. Messalla et M. Pupio Pisone consulibus, regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit, et civitati persuasit ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. Id hoc facilius eis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur: una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit; altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios; tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui provinciam nostram ab Helvetiis dividit. His rebus fiebat ut et minus late vagarentur et minus facile finitimis bellum inferre possent: qua ex parte homines bellandi cupidi magno dolore adficiabantur. Pro multitudine autem hominum et pro gloria belli atque fortitudinis angustos se finis habere arbitrabantur, qui in longitudinem milia passuum CCXL, in latitudinem CLXXX patebant.

2. Oversett *perfacile esse, ... imperio potiri* til direkte tale.

3. Bestem de understreket formene (med unntak av *perfacile esse, ... imperio potiri*) morfologisk, og forklar hvorfor de aktuelle formene er brukt.



KANDIDATEN BES SKRIVE TYDELIG MED PENN